



## Comune degli Abati

**Sequentia sancti Evangeli secundum Matthaeum**      *Matt. 19, 27-29*

IN ILLO tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te : quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratioñe, cum sederit Fílius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

**Dal Vangelo secondo Matteo**      *Matt. 19, 27-29*

IN QUEL tempo: Pietro disse a Gesù: ecco che noi abbiamo abbandonato tutte le cose, e ti abbiamo seguito; che sarà dunque di noi? E Gesù disse loro: In verità vi dico che voi, che mi avete seguito, nella rigenerazione, allorché il Figliuolo dell'uomo sederà sul trono della sua maestà, sederete anche voi sopra dodici troni e giudicherete le dodici tribù d'Israele. E chiunque avrà abbandonato la casa, o i fratelli, o le sorelle, o il padre, o la madre, o la moglie, o i figliuoli, o i poderi per amor del mio nome, riceverà il centuplo, e possederà la vita eterna.